

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 4279

**Auteur(s) :** Jean Mathieu [prêtre]

**Bénéficiaire(s) :** La Lucerne-d'Outremer, Sainte-Trinité de La Lucerne (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1219

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Vidimus fait par Jean Mathieu, cure de la paroisse de Saint-Lô et notaire public, de la charte de Bos de Vado par laquelle il fait une donation à l'abbaye et aux chanoines réguliers de La Lucerne.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Dubosc François, *Cartulaire de la Manche*, abbaye de la Luzerne, abbaye de Mont-Morel, prieuré de la Perrine, Saint-Lô, Jacqueline fils (Archives départementales de la Manche), 1878, Luzerne, n° LXI, p. 53-54.

Texte établi d'après a

In nomine Domini amen. Noverint universi presentes et futuri, presens publicum instrumentum seu transsumptum inspecturi, quod anno ejusdem millesimo quadringentesimo quadragesimo nono, mensis vero julii die undecima, indictione duodecima, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Nicholai pape quinti anno tercio, ego notarius publicus infra scriptus vidi, tenui palpavi et diligenter aspexi quamdam litteram seu cartam sanam et integram tam sigillo quam scriptura, non viciatam, non concellatam, non abrasam nec in aliqua sui parte suspectam, ut prima facie apparebat, cujus tenor sequitur de verbo ad verbum et est talis: Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Bos de Vado dedi deo et abbacie Sancte Trinitatis de Lucerna et canonicis regularibus, Premonstratensis Ordinis, ibidem deo famulantibus, pro salute anime mee et antecessorum et successorum nostrorum, in puram, liberam, quietam et perpetuam elemosinam, dimidiam virgatam terre apud Suligneium sitam juxta clausum eorumdem abbatis et canonicorum de Lucerna, ad dilatandum clausum prenommatum in duabus partibus terre mee contiguas, a latere videlicet et capite. Preterea dedi prefatis abbati et conventui in pretaxatis partibus duos pedes terre extra fossatum ad eundem, cum necessitas exegerit, reparandum. Quod ut firmum et stabile conservetur in perpetuum, presentem cartam, ad majorem in posterum firmitatem, sigilli mei munimine roboravi. Actum est hoc anno ab incartione domini millesimo ducesimo nono decimo.

Et quia ego Johannes Mathei, presbiter, curatus parochialis ecclesie Sancti Leodegarii, Constanciensis diocesis, auctoritate imperiali notarius publicus, originalia littere seu carte suprascripte sana et integra vidi, tenui et perlegi, ut premictitur, ac de eisdem ad presens transcriptum seu transsumptum cum uno litterato collationem feci per quam utrasque scripturas ad invicem concordantes inveni, nec addito nec minuto quod sensum mutet seu intellectum. Ideo hic me subscripsi et hoc presens instrumentum seu transsumptum manu mea scriptum signo meo publico et consueto signavi.